



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

53. An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario  
quoad simplex beneficium retinendum? Ex p. 7. tr. 2. res. 33.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

separatio, & periculum incontinentie, posse Episcopum dispensare in hoc matrimonio? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Ref. 32.

Castus est curiosus, & à nemine discussus, nisi nouissimè à Frago in Regim. de Re-... ubi sic ait: ex sententia Thomæ Sanchez lib. 2. de... dispensat. 40. num. 7. ansum dicere, posse dis-... pensare Episcopum cum homicida occulto, si virgen-... tissime necessitati suscipiendi Ordines Sacros, non... possit alio modo obtinari absque eo, quòd factis ini-... tiantur. Exemplum sit, quidam vir grauis ratione Ca-... nonne paratus iam quoad omnia ad suscipiendum... Ordinem Sacrum pridie illius, quo Ordines confen-... debatur, de indultia patrauit homicidium occultum... in hoc casu nullum est remedium fortius, vt... condatur infamiam, nisi ad Ordinem sacrum promoue-... ritur, quòd si non promouetur, apud omnes reputabi-... tur author illius homicidij, & vitæ discretim aper-... tissime subibit: si ergo Episcopus virgente necessita-... te, vt scandalo, aut infamia potest, cum difficilis est... aditus ad Summum Pontificem, dispensare cum Sa-... cerdote occulto homicida, vt ministrer in factis iam... susceptis, & ex sententia Sanchez ad disp. 40. n. 7. po-... test dispensare in impedimento matrimonium dirime-... nte, antequam matrimonium contrahatur, quan-... do paratis iam omnibus ad nuptias inuenitur impe-... dimentum, cuius detentio infamiam notabilem ge-... nerabit: & post omnia remedia quæ sita, ac tentata, nulla via eadem illam infamiam reperitur, imò ve-... hemens suspicio allargit alicuius criminis, ob quod... matrimonium impeditur: si ergo in hoc casu potest... dispensari, cur in nostro casu non dispensabitur?

1. Dices, Summum Pontificem in matrimonij... impedimenti solere dispensare plerumque, vt vide-... mus cum homicida voluntario occulto rarissimè, igitur non poterit Episcopus dispensare in nostro... casu, cum Concil. Tridentinum sess. 14. c. 7. dicat: om-... ni ordine careat. Respondeo etiam Concilium con-... tra eos, qui scienter in gradu prohibito inuenti ma-... trimonium, sess. 24. cap. 5. quòd separantur, & spe-... dispensationis consequendæ careant: quæ pena im-... ponitur contra eos, qui scienter intra gradus prohi-... bitos matrimonium inite præsumperint, quæ præ-... sumptio non datur in illo, qui penitentia ductus ad... Episcopum recurrit pro dispensatione obtinenda. Item, quia hoc impedimentum non suscipiendi Or-... dines cum homicida occulto est Iuris humani à... Concilio statutum, sed in illo ob magnam necessita-... tum potest Episcopus dispensare, vt bene notat Ro-... man. singulari 486. Filiucius c. 1. fallent. 7. de consti-... t. Lambertinus de Iure patron. lib. 1. part. 1. q. 7. artic. 19. num. 2. Gratianus regula 433. numer. 8. Abbas in capit. At si Clerici, §. de adulteris, num. 9. de accusatis & alij, quos sequitur Gutierrez Canonice. Quæst. lib. 1. cap. 23. n. 18. Et in hoc casu, si non pro-... mouetur, virget scandalum, & periculum vitæ, &... vehementis suspicio, quòd fuerit author homicidij pa-... trati; si vellet abstinere ab Ordinibus suscipiendis; igitur his omnibus concurrentibus, cum non possit... Summum Pontifex adiri, videtur posse dispensari ab... Episcopo. Hincque Frago.

Sed quid dicendum, vitum virgente necessitate, in scandalo, et si non sit facilis recursus ad Summum Pontificem, possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario occulto tamen, vt ministrer in suscep- tis Ordinibus factis? Negat Nauarr. cons. 45. de bo- nificatio in 2. editione, per c. 2. de Cleric. pugnans in duello, & Ludouicus Lopez in instr. p. 2. c. 93. & probat in Concil. Tridentino sess. 14. c. 7. ubi, omni ordine careat, Tom. 111.

& vt citati interpretantur, careat ordine, hoc est, vt susceptorum, quibus verbis ait Auila p. 7. disp. 6. d. 3. tolli potestatem Episcopis dispensandi, quoad vsum Ordinum. Nihilominus idem Auila, ibi, concl. 1. credit concurrentibus virgente necessitate, infamia, aut scandalo, & difficili recurso ad Summum Pontificem, posse Episcopum dispensare cum Clerico, vt ministrer in susceptis Sacris, si delictum est occultum; consentit Henric. lib. 14. de regul. c. 19. n. 1. & 2. iuncta Gloss. li. V. quia id poterat de iure antiquo: ergo etiam modo id poterit, non obstantibus verbis dicti c. 7. ubi, ab Altari euelli debeat, & omni officio Ecclesiastico perpetuò careat; constat enim vsum sacrorum esse officium Ecclesiasticum.

4. Suffragatur praxis communis; qua Episcopi vtuntur in dispensatione matrimoniorum, quæ fuerunt celebrata cum occulto impedimento dirimentis; nam dum hæc tria concurrunt, nimirum difficilis recursus ad Summum Pontificem, scandalum, si fiat separatio & periculum incontinentie; possunt tunc Episcopi dispensare in his matrimonijs. Ita Nauarr. in manual. c. 22. Hispanicè, n. 86. Latine n. 85. Henric. lib. 6. de penit. c. 20. n. 1. & lib. 12. de matrim. c. 3. n. 2. Spino in speculo, gloss. 15. n. 86. Capua lib. 2. decis. c. 80. n. 14. Anton. Gomez in Bull. Cruciat. clausul. 10. n. 58. Manuel in eadem Bulla, §. 13. n. 6. in fine. Confirmatur ratione, quoniam legum regulariter nequeat Episcopus dispensare in lege superioris, seu Concilij, integrum est illi in casu virgentis necessitatis dispensare, Bald. in Lomnes populi, n. 8. de Inst. & Iure, Gutierrez canonice, quæst. lib. 1. c. 23. n. 18. & Duenn. regul. 248. limit. 2. sed in vtroque casu tam matrimonij irriti, quod est publicum, & impedimentum occultum, quam sacerdotis, qui commisit homicidium data opera occultum, virget scandalum, & infamia, & difficilis recursus ad Papam: igitur si cum contrahentibus matrimonium, concurrentibus iis circumstantiis potest Episcopus dispensare; cur non poterit in homicida occulto, quoad vsum susceptorum Ordinum etiam dispensare, cum sit delictum occultum, & ipse Parochus, seu Sacerdos solitus quotidie celebra- re, & periculum infamie, suspicandique illum fuisse autorem homicidij, nec sit aditus ad Summum Pontificem, nisi difficulter; & hæc omnia docet Frago- sus vbi supra quæ tanquam probabilia non respuit Lessius in 3. part. D. Thome, cap. 4. de Irregul. dub. 2. n. 35. Sed in his omnibus tu cogita.

RESOL. LIII.

An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad simplex beneficium retinendum? Ex p. 7. tr. 2. Ref. 33.

§. 1. Affirmatiuam sententiam non obstante hoc Decreto Concilij tenet Henriquez lib. 14. c. 14. n. 1. & lib. 13. o. 1. n. 1. loquens de dispensatione ad simplex beneficium acquirendum, nititur illo funda- mento, quòd Concilium solum prohibere videatur promotionem, aut vsum maiorum Ordinum, qui soli dicuntur facti, neque abtulit Episcopis facultatem, quam habebant in cap. 20. de Clericis pugnans in duello, conferendi duellantibus, & homicidis simpli- cia beneficia. Verum nimum mihi aperta videntur verba illa: Nec illis aliquando beneficia Ecclesiasti- ca, etiam si curam non habeant animarum, conferre liceat: sed omni Ordine, & beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careant. Sed vsus minorum est officium Ecclesiasticum: ergo opinio Henriquez quoad vtramque partem pugnat cum allata Concilij definitione. Et ita hæc omnia me citato docuit Mar- chinus

Sup. hoc su- pra in tr. 2. Ref. 132. & in alijs eius primæ notæ

Sup. hoc su- Ref. not. præ- teritæ à §. 1. Totâ igitur, & in alijs eius anno- & hic supra in §. 1. huius Ref. prope finem, à ver- quando pa- ratis.

Sup. hoc su- pra & do- ctina §. 1. & 2. Ref. 49. & 50. &c.

Marchinus de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 9. cap. 1. difficult. 3. num. 2.

RESOL. LIV.

An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad retentionem beneficii Curati?

Idem est dicendum de Canonico homicida occulto, ut possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonici? Ex part. 7. tract. 2. Ref. 34.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Barbosa de Potestate Episc. p. 2. Alleg. 39. n. 61. vbi sic ait: An autem hodie possint Episcopi dispensare cum homicida voluntario ad retinendum curatum, quaestio est non corremanda, in qua affirmatiue respondent Sayr. in floribus decif. sub tit. de offic. Ordin. decif. 13. Zerola in praxi Episc. p. 2. ver. dispensatio, §. 3. Nauarr. consil. 13. de offic. Ordin. in antiq. alias cons. 45. sub tit. de homicid. in nouis. Sed haec opinio nullo modo recipienda est ex verbis eiusdem Concilij simpliciter prohibentibus Episcopis facultatem dispensandi cum homicida voluntario, nec distinguendis ad beneficia, vel ad ordines, quinimò expressè loquentibus de vtrisque in illis verbis ibi: nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum conferre liceat, sed omni Ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuo careant: idè si quis omne dicit, nihil excipit ex iuris regula, certè dum in eodem capite sancitur, ut omni Ordine perpetuo careant, non esse eius dispositionem ad sacros tantum, aut curata beneficia restringendam, sed ad minores etiam, aut simplicia extendendam. Ita Barbosa, qui citat Auilam, Sayrum, Nauarrum, &c.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Marchinus de Sacramento Ordinis tr. 1. part. 9. cap. 1. difficult. 3. n. 3. vbi sic ait. Licet Concilium prohibuerit homicidis collationem noui beneficii; non tamen vetauit Episcopis dispensare cum illis ad simplex beneficium retinendum, vel etiam ad retinendum curatum, dummodò per alium illud exerceat: quidquid oppositum, quoad retinendum curatum, dicit Barbosa allegat. 39. n. 61. vers. An autem de officio Episcopi. Sed immeritò: quia Concilium de sola collatione noui beneficii loquitur, nec vllomodo distinguit de retentione beneficii simplicis, vel parochialis. Haec Marchinus; cui adde Alzedum in Praxi Episc. p. 2. c. 6. n. 7. vbi docet, quod possit Episcopus dispensare, ut Presbyter homicida voluntarius occultus, qui antea habebat beneficium Curat, illud possit retinere in futurum, & similiter cum Canonico homicida occulto, ut possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonici.

RESOL. LV.

An irregularitas tria ex bigamia propria & interpretatiua sit aliquando dispensabilis ab Episcopo etiam ad sacros Ordines?

Idem est dicendum de Pralatis Regularibus quoad suos subditos.

Et inter alios casus, qui pro praxi supradicta quaestions adducuntur, tandem queritur, an Episcopus possit dispensare in irregularitate occulta, quam contraxit Subdiaconus ducens viduam? Ex part. 4. tract. 2. Ref. 61.

Sup. hoc in duabus seqq. Ref. & lege

§. 1. **N**egatiue respondeo cum communi DD. sententia, quos avertit Mauritius Alzedo in

praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 51. & Barbosa de potestate Episcop. part. 2. allegat. 49. num. 25. Verum non grauaor hic apponere sententiam Ioan. Praproti in 3. part. 9. §. de irregularitate, dub. 7. num. 138. vbi sic ait: Peculiaris difficultas est, an Episcopus nonnunquam possit dispensare in irregularitate orta ex bigamia interpretatiua, v. g. si res sit occulta? Alii qui vniuersim censent non posse, quia haec irregularitas non oritur ex delicto, sed ex defectu significationis, vel ex ipso facto coniugij attentati etiam inualide; non videtur tamen improbable quod possit in ea quae oritur ex delicto etiam alieno, v. g. in irregularitate, quam contrahit is, qui cognouit uxorem, postquam ea commisit adulterium cum alio, etiam si adulterium uxoris sit occultum, quia talis irregularitas verè oritur ex delicto. Item quod possit in ea, quam contrahit Sacerdos qui post mortem uxoris legitime existens in Sacris, tentat aliam in uxorem accipere, quia etiam haec irregularitas oritur ex delicto, idque etiam conetur contrahere cum vidua: nam cum matrimonium sit irritum, non inducit irregularitatem ex defectu significationis, sed ex peccato. Idem si laicus contrahat irregularitatem inuendo matrimonium cum duabus inualide, vel inualide cum vidua, quam irregularitatem orti ex delicto tenet Sanchez lib. 7. disp. 84. num. 6. in fine & disp. 86. num. 12. censet Episcopum in nostro casu posse dispensare. Non est, inquam, improbabile in his & similibus casibus, quando irregularitas est occulta, Episcopum posse dispensare, non solum quoad minores Ordines recipiendos, vel exercendos, sed etiam quoad maiores, iuxta potestatem ei concessam à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. de reformatione. Possit etiam dispensare in irregularitate occulta, quam contraxit Subdiaconus ducens viduam, quia eius irregularitas est ex delicto. Ita Praprotius vbi supra. Et hanc sententiam tenet etiam Bartholomaeus de Vecchis in praxi noui. disp. 9. dubio 15. num. 3. qui citat Sanchez, & illam extendit ad Pralatos Regulares cum eorum subditis, & post illum Tamburinus de iure Abbat. tom. 2. disp. 17. quest. 3. num. 3. Sed licet haec opinio sit probabilis, tunc recedas à prima sententia negatiua.

RESOL. LVI.

An Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in irregularitate bigamia interpretatiua, si sit occulta, non solum quoad minores Ordines, sed quoad maiores?

Et an in vera bigamia possit Episcopus dispensare ad minores Ordines, & beneficium simplex? Ex p. 7. tr. 2. Ref. 35.

§. 1. **H**anc quaestionem tractavi in part. 4. tr. 2. Ref. 71. & 72. nunc adducam Ioannem Machadam, qui me citato hoc dubium pertractat, citata nono. 1. de Perf. Confess. lib. 1. p. 3. tr. 17. docum. 4. n. 2. vbi sic avertit. Quando la irregularidad es verdadera, è interpretatiua, comunmente afirman los Doctores, que el primo Obispo no la puede dispensar. Si ben de la interpretatiua, quando es secreta, y previene, de delicto aunque ageno, es muy probable, que no solamente para Ordenes menores; sino tambien para mayores puede dispensar el Obispo, conforme a la facultad, que goza por el Concilio para dispensar en las irregularidades secretas, que provienen de algun delicto, y no estan aduzidas al fuero exterior; fundase esta opinion en que, como dizen Sanchez, y otros graves Autores, la irregularidad que se contrae por la bigamia viene a ser por